



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

114 Prooemium causam finalem indicat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

erectis indulgentiam plenariam perpetuam rationibus, & causis, de quibus in litteris Apost. desuper expeditis fuit à me quaesitum, an omnia altaria sub eodem titulo post canonizationem erecta dicto privilegio gaudeant, unde visis litteris Apost. illisque diligenter consideratis, respondi ex lectura procerum earundem litterarum constare de mente Papæ concedentis. Narratur etenim, quod in Regno Polonia à quàm plurimis personis pijs in honorem ejusdem S. Hyacinti, valde antea illius canonizationem fuerant erecta altaria, apud quæ preces fundebantur, ejusque nomen colebatur, qua propter, expositis pluribus miraculis, quæ ut piè creditur ejusdem Sancti intercessione fuerunt operata, eadem altaria erecta in partibus illis ab Vrbe longinquis dicto Indul. plen. privilegio perpetuo donavit. Id clarè ostendit procerum in quo tantummodo de altaribus in illo Regno ante canonizationem ejusdem Sancti erectis verba habentur. Nam ¶ procerum causam finalem indicat, l. si. & ibi Bar. nu. 3. ff. de her. instir. l. si. in l. si pacto, quo pœnam, nu. 14. C. de pact. & Paris. conf. 56. num. 24. vol. 4. Præterea verba litterarum sunt clara, quibus conceditur indulgentia plenaria altaribus erectis, disponunt enim per
 115 verba ¶ præteriti temporis, quæ trahi non possunt ad altiora in futurum erigenda, l. quedam non referuntur, ff. de jur. codicill. l. si ita legatum, ff. de aur. & arg. leg. & Bar. in l. talis scriptura, S. hanc autem, num. 1. vers. oppone secundo, ff. de legi

Et cuique est notissimum, nunquam concessam fuisse indulgentiam plenariam omnibus altaribus sub invocatione cujus Sancti erigendis, nec al-

taribus Beatissimæ, semperque Virgini Mariæ, quæ alijs omnibus Sanctis tot, tantisque meritis excellit. Unde nec interpretandum est, hujusmodi indulgentiam altaribus sub invocatione prædicti erigendis fuisse concessam, quia, cum in litteris legatur altaribus erectis, non autem erigendis, quod scriptura non dicit, nec nos dicere debemus & ab illius verbis non est recedendum l. prospexit, ff. qui, & à quibus.

¶ Nec specialiter concessa in Regno Polonia extenditur ad alia Regna, & Provincias, quia consuetudo unius Provincie ad alias non extenditur, Burlat. conf. 311. n. 7. & Ondend. conf. 101. num. 38. vol. 1.

17 Indulgentiæ, & aliæ ¶ spirituales gratiæ, ad indulta eisdem confraternitatibus concessi ab Ordinaris locorum, adhibitis duobus de ejusdem, ut supradictum fuit, ecclesie capitulo, sunt recognoscendæ juxta sacri conc. Trid. dispositionem, ut in cap. 9. de reform. sess. 21.

18 Nec aliquis ¶ sine Ordinariorum licentia, vel auctoritate, potest eas publicare, non obstante quacunque exemptione, etiam si sint regulares, aut in ecclesijs ipsorum regularium, nec prætextu privilegiorum, etiam confraternitates rosarij, ut per sacram congreg. super eod. c. 9. fuit decisum in decis. quæ incipit deinceps, & alia decis. super cap. 5. sess. 22. de reform. incip. nemo poterit.

119 Cœterum ¶ cetera decisio procedit, quoad indulgentias, quæ de novo conceduntur. Antiquas verò à summis Pontificibus regularibus concessas usu receptas, & non revocatas, possunt
 ijdem